Mythologia, Francfort, 1581 - I, 06 : De fabularum scriptoribus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre I

Ce document est une version augmentée de :
Mythologia, Venise, 1567 - I, 06 : De fabularum scriptoribus

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

Mythologie, Paris, 1627 - I, 06 : Leurs Autheurs *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

Mythologie, Lyon, 1612 - I, 06 : Des autheurs des Fables *est une traduction de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légalesFiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581
ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307
Formatin-8
Langue(s)Latin
Paginationp. 9
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5890?context=pdf

attinent, vel ad res arcanas naturæ, vel ad motus & vim planetarum: omnes ſiquidem hæ haud ſimplicem habent narrationem. Cum fabulas has ad veram interpretationem deducimus, eſſet interpretationi proprium nomen tribuendum, ſed adhuc ſine illo perſiſtit, niſi appellemus allegoriam. Sunt autem hæ ſolæ propè fabulæ, quæ iucunda, quæ magnifica, quæ admirabilia fecerunt antiquorum poëmata, eaque locupletarunt: nam ſi fabulæ hæ de ſcriptis poëtarum eximeremur, nihil propè eſſet in iis admirabile, aut iucundum.

De fabularum ſcriptoribus. CAP. VI.

APOLOGORVM & fabularum poëticarum antiqui fuerunt ſcriptores complures: qui tamen ad ætatem noſtram peruenerint, non adeò multi. Fuit Æſopus Samius ingenioſiſſimus confingendorum apologorum artifex, à quo omnes poſtea apologi dicti ſunt Æſopici. Heſiodus præterea fabuloſos Deorum ortus carminibus cecinit. Memoriæ prodidit Euſebius Porphyrium etiam libros compoſuiſſe, in quibus fabuloſas Deorum genealogias ad naturæ rationem & opificium perducere conatus eſt. Zeno, Cleanthes, Chryſippus, vt ait Cicero in libris de Natura Deorum, fabularũ antiquarum expoſitiones in ſuis voluminibus complexi fuerant, quæ tamen ad nos non peruenerunt. Iſtud ipſum fecit Orpheus, Muſæus, Mercurius, Linus, antiquiſſimi poëtæ, & Phurnutus, & Palæphatus Stoicus, Dorotheus, Euanthes, & Ponticus Heraclides, Sileus Chius, & Antiklides, & Euartes, & alij complures mythologi, quorum commentarij vnà cum ſcriptorum nominib. penè interciderunt, è quibus Ouidius ſua in varias formas mutatorum corporum deprompſit argumenta. Nam in quibus voluminibus tot extabant figmẽta, quantam aliarum fabularum fuiſſe mirabilitatem credibile eſt, ac tot de fabularum ſcriptoribus.

De Diis variarum gentium. CAP. VII.

ENIMVERO, quoniam vniuerſa antiquorum religio & theologia ſub fabulis occultabatur, pluraque ſunt in illis

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5890?context=pdf